

*Fidei confessio credentis in Christum.*

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli  
ad Romános

10, 8-13

**F**ratres:

- <sup>8</sup> **Q**uid dicit Scriptúra?  
«Prope te est verbum,  
in ore tuo et in corde tuo»;  
hoc est verbum fidei, quod prædicámus.
- <sup>9</sup> Quia si confiteáris in ore tuo: «Dóminum Iesum!»,  
et in corde tuo credideris  
quod Deus illum excitávit ex mórtuis,  
salvus eris.
- <sup>10</sup> Corde enim créditur ad iustítiam,  
ore autem conféssio fit in salútem.
- <sup>11</sup> Dicit enim Scriptúra:  
«Omnis, qui credit in illo, non confundétur».
- <sup>12</sup> Non enim est distíctio Iudæi et Græci,  
nam idem Dóminus ómnium,  
dives in omnes, qui ívocant illum:
- <sup>13</sup> Omnis enim,  
quicúmque invocáverit nomen Dómini,  
salvus erit.

Verbum Dómini.